

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6413

Auteur(s) : Robert, Rouen, Saint-Lô (prieur)

Bénéficiaire(s) : Roger Boutel [particulier]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1203, 25 février

Lieu d'émission : Rouen, prieuré Saint-Lô

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Accord par lequel le chapitre de Saint-Lô décharge Roger Boutel des rentes sur ses héritages situés à Aclou.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. De Glanville Léonce, *Histoire du Prieuré de Saint-Lô de Rouen*, ses prieurs, ses privilèges, ses revenus d'après les documents authentiques tirés des archives de la Seine-Inférieure et mis en ordre, Rouen, E. Cagniard, 1890-1891, 2 vol., t. 2, pièces justificatives, n° LXXXIV, p. 437-438.

Texte établi d'après a

Omnibus sancte ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Robertus prior Sancti Laudi Rothomagi et conventus eiusdem loci in Domino salutem. Ad universitatis vestre noticiam volumus pervenire quod cum Rogerus Boutel hec tenementa sub scripta de nobis apud Aclou iure hereditario teneret et redditus et servitia redderet scilicet super hoc quod habebamus in molendino decem libras per annum et quatuor denarios et unam anserem et duos capones et duos denarios et viginti ova. Et de una acra terre que fuit Walteri le Canu de campo monasterii duos solidos et unum caponem. Et de feodo Andree de Mara duodecim denarios et duos capones et duos denarios et viginti ova, et summagium unius equi apud Rothomagum semel in anno. Et de terra que fuit Guillelmi Waste et filii sui quinque solidos. Et de campo qui fuit Fulcherii duodecim denarios et duos capones et duos denarios et viginti ova. Et de terra que fuit Roberti de Piro septem boissella frumenti et unum caponem et unum denarium et decem ova. Et de feodo Maugerii de Bosco quatuor solidos et unam anserem et tres pullos et duos capones et quatuor gallinas et quatuor denarios et sexaginta et decem ova et de propria terra sua duodecim denarios et unam anserem et unum sextarium frumenti et quatuor capones et quatuor denarios et quadraginta ova. Et de terra que fuit Andree de Mara Abraham decem et octo denarios et unum caponem et unum denarium et decem ova. Et de feodo Durandi de Castellon tres solidos et unam anserem et quinque capones et sexaginta ova. Et terra Roberti filii Gilleberti tres solidos et duos capones et duos denarios et viginti ova. Et de feodo Rogerii Trossele novem solidos et sex denarios et quatuor anseres. Et septem capones et tres gallinas et quinque denarios et unum obolum et centum et tredecim ova et duo summagia apud Roth. unius equi. Et de feodo Hugonis Noel octo denarios et duas gallinas et viginti ova. Et de feodo Normani duos solidos et octodenarios et unam anserem et duos pullos et duas gallinas et viginti ova. Omnes videlicet predictos redditus et servitia ad petitionem ipsius Rogerii et pro servitio suo in redditum denariorum convertimus et predictos redditus et servitia integre cum pertinentiis eorum concessimus prefato Rogerio et eius heredibus de nobis iure hereditario tenenda. Libere et quiete ab omnibus servitiis et consuetudinibus et exactionibus nobis inde pertinentibus reddendo inde nobis singulis annis tredecim libras et quindecim solidos et sex denarios

andegavenses monete scilicet medietatem ad pascha et alteram medietatem ad festum sancti Dionisii. Et etiam conditione tali quod nos omnia blada nostra que oportuerint ad opus nostrum et familie nostre in nostro hospicio de Arclou habebimus in predicto molendino moluta quieta ex omni mouta et molemus ad molendinum predictum statim post bladum quod inuenimus in tremula absque contradictione et desturbatione. Et est sciendum quod si predictum redditum nostrum de predictis tredecim libris et quindecim solidis et sex demariis terminis pre statutis habere non poterimus liceat nobis iusticiam nostram facere in omnibus predictis tenementis super predicto redditu nostro singulis annis habendo. Pro hac(déchiré) et concessione nostra dedit nobis ipse Rogerius dimidium modium frumenti et unam pictantiam in conventu de quadraginta et duobus solidis andegavensibus, Et tactis sacrosanctis evangeliis iuravit de omnibus predictis tenementis fidem nobis observaturam. Factum fuit hoc apud Rothomagum in capitulo nostro quinto kal. martii anno verbi incarnati m°. cc°. secundo. Ut autem hoc ratum et inconcussum futuris temporibus permaneat nos illud presenti scripto et sigilli capituli nostri patrocínio eidem Rogerio et suis heredibus confirmavimus. Et ipse Rogerius pro se et heredibus nobis illud bona fide tenendum presenti scripto et sigilli sui munimine confirmavit.